WENCESLAUS BRACK
Konstanz, 1492-1494 Seite 74v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8132
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



schüttel Moxque redire jussit / et quem nudius
tertius abiecit / in celare restituit / Credens
potius (si utique contingeret) vina in celare / quam
in ventrem insaciabilem perdendo profundi

De nocumentis que per ebrietatem humanis contingunt corporibus Capitulum 3m

Ebrietatem ait galienus commento sexto quinte
particule aforismorum / capitis propter nimium
vinum / passionem esse / quam antiqui greci
sua lingua / craselios a craneo ab usiue dixere /
selios namque iectigationem esse / De qua Rasis quarto
Almansoris / ait / ea nullomodo frequenter uti / cum
malas gignit egritudines Et de ea inquit Avicenna
tercia primi / capitulo de regimine aque et vini / frequens
ebrietas mala / que cerebri et epatis complexionem
corrumpit / et nerues debilitat / et ad eorum egri-
tudines / et ad appoplexiam et ad mortem subitam
perducit Quod confirmat ypocrates particula quinta
aforismorum Cum dicit / Si inebriatus aliquis /
repente sine voce fiat / spasmo innato moritur /
si non febris acceperit eum / aut ante horam
secundam quam crapule soluuntur / locutus fuerit /
Halyabas vero quinto theorice regalis dispositionis /
inquit / Ebrietas namque si frequentetur / plurimas
affert corpori lesiones / Quarum est mentis
corruptio / animi attenuatio / virtutum naturalium
eneruatio / per quam venarum et ventriculorum cerebri